Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Epistola ad Thessalonicenses I: prologus

urn:nbn:de:bsz:31-42065

unitiaque vestre. Que circa me sunt omnia nota
vobis faciet tythicus karissimus frater et fidelis
minister et conservus in domino. quem misi ad
vos ad hoc ipsum ut cognoscat que circa
vos sunt et consoletur corda vestra cum ho
nesimo karissimo et fideli fratre. qui est ex vobis. Que
omnia que hic aguntur nota facient vobis.
Salutat vos aristarcus concaptivus meus
et marcus consobrinus barnabe. de quo accepistis
mandata. Si venerit ad vos suscipite il
lum. et ihesus qui dicitur iustus qui sunt ex circumci
sione. Hii soli sunt adiutores mei in
regno dei. qui mihi fuerunt solatio.
Salutat vos epafras qui ex vobis est ser
vus christi ihesu. semper sollicitus pro vobis in
orationibus ut stetis perfecti et pleni in omni
voluntate dei. Testimonium enim illi per
hibeo. quod habet multum laborem pro vobis et pro his
qui sunt laodicie et qui ierapoli. Salu
tat vos lucas medicus karissimus et demas.
Salutate fratres qui sunt laodicie. et nym
pham. et que in domo eius est ecclesiam. Et
cum lecta fuerit apud vos hec epistola. faci
te ut in laodicensium ecclesia legatur. et eam
que laodicensium est vos legatis. et dicite ar
chippo. Videte ministerium quod accepisti in
domino. ut illud impleas. Salutatio mea
manu pauli. Memores estote vinculorum
meorum. Gratia domini ihesu vobiscum. Amen.

Explicit epistola ad colosenses. Incipit prologus

Tesaloni in epistolam ad thes
censes sunt salonicenses
macedones. Qui accep
to verbo veritatis perstite
runt in fide. etiam in persecutione civium
suorum. Preterea nec receperunt falsos apostolos
nec ea que a falsis apostolis dicebantur.
Hos collaudat apostolus scribens eis ab athe
nis per tychicum. Incipit epistola ad tessalonicenses.

Paulus
et silvanus
et timotheus
ecclesie thessa
lonicensium
in deo patre et
domino ihesu christo.
gratia vobis et
pax. Gratias agimus deo semper pro omnibus
vobis. memoriam vestri facientes in
orationibus nostris sine intermissione. me
mores operis fidei vestre et laboris et ca
ritatis. et sustinentie spei domini nostri
ihesu christi ante deum et patrem nostrum. scientes fratres
dilecti a deo electionem vestram. quia evangelium no
strum non fuit in sermone tantum. sed et in vir — ad vos
tute et spiritu sancto et in plenitudine multa
sicut scitis quales fuerimus in vobis propter
vos. Et vos imitatores nostri facti estis et
domini. excipientes verbum in tribulatione multa
cum gaudio spiritus sancti. ita ut facti sitis forma
omnibus credentibus in macedonia et in acha
ia. A vobis enim diffamatus est sermo domini
non solum in macedonia et in achaia. sed in
omni loco fides vestra que est ad deum profecta
est. ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui.
Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum
habuerimus ad vos. et quomodo conversi estis ad
deum a simulachris servire deo vivo et
vero. et expectare filium eius de celis quem
suscitavit a mortuis ihesum. qui eripuit
nos ab ira ventura. Nam ipsi scitis fratres
introitum nostrum ad vos. quia non inanis fuit.
sed ante passi et contumeliis affecti sicut scitis
in philippis. fiduciam habuimus in deo nostro
loqui ad nos evangelium dei in multa sollicitudine.
Exhortatio enim nostra non de errore neque de
inmunditia. neque in dolo. sed sicut probati
sumus a deo ut crederetur nobis evangelium ita loquimur

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg